

vinem et colluctationem tanti exercitus. et laboriosum per aerem iter ad celum. et apostoli dicitur quo ait. Non est vobis colluctatio aduersus carnem. sed aduersus principes potestatis huius aeris. Qui sciens aereas potestates ob id se temptare. luctari et contedere. ne nobis liber transiret esset ad celum. hortabatur monens. Assumite arma dei. ut possitis resistere in die mala. ut nihil mali huius. quod de vobis dicere possit inimicus perfundat. nos autem apostolici sermonis recorde mur dicentis. Siue in corpore siue extra corpus nescio. deus scit. Et paulus quidem usque ad celum tertium raptus est. ibique auditis deus bis ineffabilibus descendit. antonium autem usque ad aerem sublatus post luctationem liber ascensus apparebat. Habebat enim istiusmodi donum. Si cuius rei sedens in motu ignarus fuisset. et eius secum inquireret notionem. oranti ei a domino revelabatur. et erat sibi quod scriptum est a deo doctus.

Denique cum a fratribus haberetur ille tractatus. et ab eo sedule sciscitarentur. quemadmodum se post corporis sarcinam animam gerere. et quis rei locus per eum concederet. prima nocte vox desuper nomine eius in clamitans ait. Antonium eruge eri et vide. Qui erurgens egressus est. sciebat enim quibus ridentibus debere. Et elevatis ad celum oculis. vidit quemdam longum atque terribile. caput usque ad nubes attollentem. vidit etiam pennatos quosdam evolare cupientes ad celum. atque illum extensis manibus prohibere transgressum. e quibus alios apprehensos elidebat ad terram. alios frustra retinere pretendens. volebat super se ad caelestia transvolare. et maximum gaudium in vitam merore. victi victoresque tribuebatur. Statimque ad eum vox facta est dicens. Animum adverte quod vides. Et tunc cepit illuminato corde intelligere animam esse perfectum. et deus abolitum prohibentem. qui et sibi retineret obnoxios. et in seculo quod recipere non poterat. cruciarentur volam. His visionum exemplis incitatus studio ad meliora crescebat. Neque vero id quod sibi revelatum fuerat causa iactantiae. fratribus indicabat. sed cum oras iugiter

dei laudaret auxilium interrogantibus compellabatur edicere. nec spirituales filios pura in christo anima occultare quod volebat per se cum huiusmodi signorum relatio et amoris inimitabiliter opposito. et fructum laboris omniter. Non enim ille aut ira subita peccatis paciam ruptis aut humilitate exivit in gloriam. Nam omnes clericos usque ad vltimum gradum ante se orare compellens. Episcopus quoque atque presbiteris quasi humilitatis discipulus ad benedicendum se caput submittebat. Diaconos vero qui ad eum vilitatis causa veniebant. cum per adiutorio eorum eis per se disputaret. ad orandum dominum sibi proponebat. non et ubi esset et ipse discere. Nam et interrogabat frequenter eos cum quibus erat. et si aliquid ab eis necessarium audierat se fatebatur adiutum.

Habebat autem et in vultu magnam gratiam et admirabile a salvatore etiam si mundum accepit. Si quis enim ignarus eius inter multitudinem monachorum eum videre desiderasset. nullo indicante ceteris premissis ad antonium currebat et anime puritate agnoscebat in vultu et per speculum corporis gratia sancte mentis intuebatur. Nam semper bylarem faciem gerens liquido ostendebat se de celestibus cogitare. sicut scriptura ait. Corde letante vultus floret sed in merore perstitit tristat. Ita et iacob agnovit laban socer suum insidias sibi machinantes dicens ad filias eius. Non est facies patris vestri. sicut heri et nudius tertius. Sic samuel agnovit dauid. letificatos enim habebat oculos. et dentes sicut lac candidos. Similiter agnoscebat antonius. quod semper eandem faciem inter prospera et adversa retinens. nec letis extollebat. nec frangebatur adversis. Erat autem et in vultu amabilis. et in fidei puritate mirabilis. Nunquam enim scismaticorum se miscuit communioni. animam quam corporis sciens puritate atque transgressiorem. Nunquam manicheis aut alijs hereticis. saltem amicalia verba largitus est. nisi tamen ea quae eos possent ab iniquitatis errore renovare. denuncians talium amicitias atque sermonem perditionem esse anime. Sic etiam arrianos